Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



101

et cauernas petrorum a facie formidine dni et
a gloria maiestatis eius cum surrexerit percutere
terram Quiescite ergo ab hoie cuius spiritus
in naribus eius quia excelso reputatus est ipse Ecce
dnator de exercitum auferet a urbe et a iuda va
lidum et forte omne robur panis et omne robur
aque forte et virum bellatorem iudicem et prophetam et
ariolum et senem principem super quinquaginta et honorabi
le vultum et consiliarium sapientem de architectis et
prudentem eloquio mistici et dabo puros principes
eorum et effeminati dominabuntur eis Et ecce ruet populus
vir ad virum unusquisque ad proximum suum tumultu
abit puer contra senem et ignobilis contra nobilem
Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui
vestimentum tuum esto princeps nostr esto ruina ante hec
sub manu tua Respondebit in die illa dicens Nolo
fum medicus et in domo mea non est panis
nec vestimentum nolite constituere me principem populi
Ruit enim iudea et iuda corruet quia lingua eorum et
inuentiones eorum contra dnm vt prouocarent oculos
maiestatis eius Iudicio vultus eorum respondet
eis et peccatum suum quasi sodoma predicauerunt nec
abscondere Ve anime eorum quoniam reddita sunt eis mala
Dicite iusto quoniam bonum quoniam fructum adinuentionum suarum
comedet Ve impio in malum retribuetur enim ma
nuum eius fiet ei Populum meum exactores sui
expoliauerunt et mulieres dominate sunt eius popule
meus qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt et viam
gressuum tuorum dissipant Stat ad iudicandum
dnm et stat ad iudicandos populos Dnus ad iudicium
veniet cum senibus populi sui et principibus eius Vos
enim depasti estis vineam meam rapina pauperis
in domo vestra Quare attritis populum meum
et faciem pauperum molitis dicit dnus exercituum
Et dixit dnus pro eo quod elevate sunt filie sion
et ambulauerunt extento collo et nutibus oculorum